

facta; et nichilominus restituere debeat pignus sine aliquibus denariis, et de denariis sic mutuatis per dominium nulla fiat ratio. ¶ Et quod nullus subdictus patris vel matris vel alterius persone possit lu- // dere cum aliquo in credentia vel super 170 A

5 pignus; et si quis contrafecerit ludendo cum talibus subditis, si acceperit pignus ab eis, restituere debeat sine aliquo denario, nec per dominium fiat aliquod ius de tali ludo, etiam si instrumentum apparuerit; et nichilominus ludens cum talibus cadat ad penam quadraginta sold., si querela pervenerit

10 ad dominium; et nullus subditus ludere possit cum aliquo per se vel per alium ad aliquem ludum, et si quis contrafecerit, puniatur ut supra. ¶ Et si apareret aliquod instrumentum vel preceptum donationem vel inpignorationem sive alienationem, illud sic factum sit casum et vanum et nullius valoris, et ha-

15 bens predicta cadat ad penam quadraginta sold. par., et restituere teneatur preceptum instrumentum vel rem sic acceptam, // et contra talia instrumenta et contra predicta possit 170 B

20 probari per testes quod occasione ludi sint facta, non obstante aliquo statuto vel consuetudine, et talis obligatio sit cassa et vana et nullius valoris. ¶ Et nulla persona sit ausa ludere in spina vel in credentia, sub pena decem libr. par., et nichilominus de ipso ludo nulla fiat ratio per dominium, et si qua persona lusserit in spina et solverit, extrahere debeat vinum de vase sequenti die post ludum, pena octo denar. par. pro ¹⁾

25 urna. ¶ Et tabernarius nullo modo per se vel per alium emere non possit dictum vinum, sub dicta pena octo frx. par. Salvo quod, si forenses vel ribaldi luderent, quod a dictis penis inferius sit in libertate domini de condempnando predictos vel puniendo.

¹⁾ pro urna aggiunta marginale.